UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Sara matre. Cap[itulum]. lxxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

tenti quinetiā camelis aquā preberet: ipſa futura iſaac cōiunx eſſet. Que oīa cū in rebeca cōtigiſſent: ſeruuſꝗ cūcta patri narraſſet: dedit pater puellam in vxorē iſaac deſponſandā. Quaꝫ ſecū adductā: iſaac deſpōſauit cū eſſet annoꝝ xl. vel ſm quoſdā. l. ⁊ intantū eā dilexit: vt dolorem qui ſibi ex matris morte acciderat tēperaret. ¶ Abraham vero aliā duxit vxorē nomine cethuram: quam quidē dicunt agar ancillaꝫ eius fuiſſe: ⁊ ex ea plures genuit filios: quibꝰ ⁊ munera dedit: ⁊ eos ab iſaac ſeparauit. Illi vero vt heredi omnē poſſeſſionē ſuā tribuit. Et poſtꝙ genuerat iſaac ſupuixit annis. lxxv. videlꝫ vſꝗ ad. xv. annū natiuitatis iacob et eſau. Sicꝗ cū eſſet annorum. clxxv. in ſenectute bona mortuꝰ eſt. Et ſepultus eſt in ſpelūca duplici quā emit ab effrō in ſepulturā generis ſui: vbi ⁊ ſara eiꝰ vxor ab eo fuerat tumulata. Dies aūt dormitionis abrahe ſm Hieronymū fuit. vij. idus octobris. hec ex libro geneſis a. c. xij. vſꝗ ad. xxv. incluſiue. ⁊ ex dictꝫ ioſephi hieronymi ⁊ hyſtorie ſcholaſtice: atꝗ ex chronicis guilelmi

¶ De ſancta Sara matre. Cap. lxxxix.

SArai quam propter eius incredulitateꝫ detracta vna littera eius nomini ⁊ addita nomini abrahe deꝰ ſarā nominauit: filia fuit aram fratris abrahe: et ipſius abrahe cōſobrina. i. neptis ex fratre. Nā eo tēpore ad augendū et multiplicandū genus humanū cuiuſcūꝗ gradus preter ſororē coniugem accipere licebat. Hec cū ſterilis eſſet: agar egyptiam ancillā ſuam abrahe dedit vxoreꝫ: ex qua ſuſcepit filiū iſmaelē. Deinde promiſſione ſibi a deo facta cū eſſet annoꝝ. xc. et abrahā cētenario filium cōcepit ⁊ peperit: quem vocauit iſaac. Et cuꝫ aliquantulū creuiſſet puer: ⁊ cum iſmaele luderet: perpēdit ſara ꝙ iſmael de luto idola finxerat: ⁊ iſaac ad ea colenda ꝓuocabat: vnde ⁊ viro inſtitit: vt ancillā cum filio a ſe eijceret: ne filius innocēs iſmaelis malicia fedaret. Supuixit aūt ſara nato iſaac ānis. xxxvij. Et cū eſſet annorum. cxxvij. mortua eſt: ⁊ a viro ſepulta in hebron in ſpelūca duplici: quā abraham emit in perpetuā ſui ⁊ ſuoꝝ poſſeſſionem ſepulchri. hec vnde ſupra.

¶ De ſancto Melchiſedech rege. Cap. xc.

MElchiſedech rex ſalem: que poſtea dicta eſt hierl'm cui apl's paulꝰ ad Heb. vij. ſanctitatis teſtimoniū perhibet: in pleriſꝗ ſacre ſcripture locis ſāctiſſimus nominat. Cuiꝰ tamē genealogia ſm apoſtolū ſubticet chriſtū in hoc prefigurans: q̄ ſm humanitatē patre caruit: et cuiꝰ ſm diuinitatem gn̄ationis narratio narrari nequit. Hūc tamē hebrei autumāt ſem filiū noe fuiſſe ⁊ vſꝗ ad iſaac tempora vixiſſe: ⁊ oēs primogenitos a noe vſꝗ ad aaron ſacerdotes extitiſſe: qui in cōuiuijs ⁊ oblationibus populo benedicebant: et pmogenita recipiebāt. Siue aūt melchiſedech idē qui ⁊ ſem fuerit: ſiue alter extiterit: hoc ex diuina pagina expreſſum habemus: ꝙ rex ⁊ ſacerdos fuit: qui ⁊ primū ⁊ alijs inuſitatum ſacrificium deo in pane et vino obtulit: cui etiam abrahā vti vero dei omnipotētis ſacerdoti decimas exoluit. In quibus oībus chriſtuꝫ expreſſius deſignauit: qui ⁊ rex iudeoꝝ ⁊ hierl'm ex regis dauid carne ꝓgenitꝰ fuit: queꝫ ⁊ magi ab oriēte veniētes vt regem iudeoꝝ adorant: et pilatus imperij romani vicarius in titulo cruci ſuperpoſito regem iudeoꝝ affirmat. Hic etiam ſacerdos verus extitit ſacrificiū ſui corporis ⁊ ſanguinis immaculatū ſub ſpeciebus panis et vini deo offerens: oblationēꝗ et melchiſedech prefiguratā adimplens. De quo pater eius ſm carnē dauid ꝓphetauerat dicens. Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinem melchiſedech. Ablato eñ ſacerdotio aaron quod fuit ad tēpus: ſacerdotium melchiſedech in chriſto innouatum eternaliter confirmat. Cui etiā vti vero ⁊ legitimo ſacerdoti omnis laicoꝝ decimatio perſoluēda debet: ⁊ per cōſequēs eius vicarijs in eccleſie regimine ſubſtitutis: qui ⁊ eius eidem ſacrificium adminiſtrāt. Quomodo aūt melchiſedech: aut qua morte: vel vbi: ſeu quo tēpore vita exceſſerit ignorat: imo ꝙ aliquādo mortuus ſit omnino ſilentio preterit. In hoc etiā chriſti ſacerdotis typum repreſentans: qui et ſi in carne aliquādo paſſus fuit: īmortalis tamen ex reſurrectione factus nunꝙ̄ de cetero moriturus ab eccleſia predicatur.

¶ De ſancto Loth. Cap. xci.

LOth filius Arā fratris abrahe naturalis: abrahe vero filius adoptiuus fuit: cuius ſarai ſororē dicem abraham in cōiugum accepit. Hic cum adoptiuo patre ⁊ naturali patruo de arā in terrā chanaam progreſſus eſt: ⁊ poſtmoduꝫ ab eo diuiſus habitauit in oppidis ſodomoꝝ: vt dictū eſt ſupra. Hic etiā cū ipſis regibus achodor laomor helamitarum rege captus: ab abrahā redēptus eſt. Cuꝫ aūt dñs ꝓpter vitiū abominabile ſodomiticum quinꝗ ciuitates ſodomoꝝ. i. ſodomā: gomorrā: adama: ſeboim: ⁊ ſegor ſubuertere decreuiſſet: que in confinio arabie et paleſtine poſite erāt. Loth abrahe nepotem propter eius iuſticiaꝫ et abrahe preces ſaluare diſpoſuit. ¶ Veniētesꝗ duo āgeli ſodomam veſpere miſſi a deo ad eius ſententiā exequendā: apud loth hoſpitati ſunt. Quos ſodomite iuuenes putantes: et eis abuti volentes: ad domū loth inſultum fecerunt: vt viros ad ſe educeret. Quos ille defenſare ſtudēs duas filias ſuas virgines deſpōſatas q̄dē: